



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sulpici[i] Severi Presbyteri Opera Omnia

Sulpicius <Severus>

Amstelodami, 1665

Decii, & Valeriani persecutio[n]es.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11490

ecclesiarum¹ clericos vexavit. ²Mox Decio imperante, jam 8
tum, septima persecutione fævitum in Christianos. Inde
³Valerianus, octavus sanctorum hostis fuit.

XLVII. Post eum, ⁴interjectis annis fere quinquaginta, ¹
Diocletiano & Maximiniano imperantibus, ⁵acerbissima per-
secutio

tra Alexandri familiam, in qua compla-
res fideles & Christiani versabantur, acer-
bam persecutionem concitavit, justisque solus
Ecclesiæ præfides, tanquam autores do-
ctrinae Euangelicæ, neci dari. Euseb. vi.
Hist. 21. Niceph. v. 23.

* Nonnullarum Ecclesiæ.] Τοις ἡμίνοντων ἀρχοντεσ, μέρισ αἱ εἰ-
πιτες τὸν νοστοῦν διαδοκη-
λαῖς ἀνεγέρθαι περιστῆσι. Eusebius.
Firmilianus etiam Episcopus Cappado-
ciae, epistola lxxv. apud Cyprianum in-
quit: *hanc persecutionem non per totum
mundum, sed localem fuisse.*

I Clericos vexavit. J Quos Eusebius
ἀρχοντεσ, Sulpicius Clericos vocat. Ea
vox varie olim accepta, & distincti
πληνονι ab ἰσογένοις, ac Presbyteri-
s inferiores. Quales erant fossarii, o-
stiarii, acoluthi, custodes sacrarii. Sal-
masius. De quo infra ad vitam Martini
& reliqua ejus opuscula. Hoc loco ea
voce latius uitur, pro toto ἱεράτευσι
ordine. Cujus hi gradus fuerunt, Ostia-
rius, Psalmista, Lector, Exorcista, Acolu-
thus, Subdiaconus, Diaconus, Presbyter,
Episcopus. Isidorus vii. Orig. 12.

2 Mox Decio imperante, jam tum septi-
ma persecutione.] De hac septima perse-
cutione videndi sunt Orosius libro vii.
cap. 14. & Ludovicus Vives ad Augusti-
num de Civitat. Dei lib. xviii. cap. 52.
Causa ejus fuit Decii ἔχθρος τοῦ φί-
λιτον κερτιών οὐλοῦ. Euseb. vi. hist. 27
Niceph. v. 27. 32. 33.

3 Valerianus, octavus sanctorum ho-
stis.] In hac octava persecutione mar-
tyrio coronatus fuit D. Cyprianus epi-
scopus Carthaginensis. Vide sis Orosium
lib. 41. cap. 15. Augustinum loco
citat. Eusebium in Chronico. Et vii.
Hist. ix. 10. Niceph. vi. 10. ipsumque

Cyprianum. Sedata hæc persecutio à
Gallieno & templo Christianis restitu-
ta. Euseb. vii. 12.

4 Interjectis annis fere quinquaginta.] Anno Diocletiani xix. cœptum est sa-
viri primum in Christianos, quæ per-
secutio nona, ab aliis autem decima vo-
catur. Sunt autem ab obitu Valeriani,
usque ad annum illum fere quinquagin-
ta anni. Nam ad numerum illum tres
quatuorve tantum desiderantur. Cate-
rūm ab Augustino & Orosio nona post
Neronem resertur persecutio Aurelianis;
de qua Eusebius in Chronico: *Aurelia-
nus cum adversum nos persecutionem mo-
risset, fulmen juxta cum comitesque ejus
ruit: ac non multo post, inter Constantino-
polim & Heracliam, in cœnophorario viæ
veteris occiditur. Deus.*

5 Acerbissima persecutio exorta.] Quæ
cœpit A. C. Dionysiano ccciv. ut pro-
bat Petitus iii. Eclog. Chronol. v. Il-
que annus Diocletiani xix. erat, quo,
mense Martio, ἡ περιστασιῶν γε-
γενέσις cœpit. Euseb. Chron. In die-
bus Pascha. Hieron. Quod Diocletia-
nus expectasse videtur, quo Christianos
deprehenderet facilius. Et cum non u-
bique eodem tempore celebraretur Pa-
scha, hinc in Ægypto citius, mense ni-
mirum Martio, tardius in Palæstina,
mense Aprili, cœpit templorum sub-
versio. Vide Petitus iii. Eclog. Chro-
nol. vi. Euseb. viii. Hist. 3. Niceph. vii.

4. Ab hac persecutione Ægyptii Æ-
gypti Martyrum ducunt, quæ
فَارِسُ الْمَقْدِنَةِ
فَارِسُ الْقَطْرَاءِ
فَارِسُ الْقَطْرَاءِ
æra Coptitarum dicitur. Go-
lius. De ejus æra initio vide Chrono-
logos disputantes, Scaligerum, Peti-
tum, Petavium & alios.